Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5679
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



et profunditas/ erit itaq; maximum simplicissime
atq; infinite omnis longitudo/ latitudo/ et profun
ditas/ quae in ipso sit unum simplicissimum indi
visibile maximum/ et ut centrum predit omnem lati
tudinem/ longitudinem atq; profunditatem/ et
est finis omni illorum atq; medium/ quorum sphera
infinita centrum crassitudo et circumferentia de
sint/ Et sic sphera infinita est penitus in actu
et simplicissima ita maximum est penitus in actu
simplicissime/ Et sic sphera est actus lineae tangentis
et circulus ita maximum est omni actu/ quae omnis
actualis existentia/ ab ipsa habet quidquid actua
litatis existit/ et omnis existentia pro tanto existit
actu/ pro quanto in ipso infinito actu est/ Et hic
maximum est/ forma formarum et forma es
sendi/ sine mensura actualis entitas/ Unde
pruudent subtilissime considerat/ credebat deum
esse/ cum esse quodlibet quod est est esse omne id
quod est/ Sic ipsa sphera est ultima perfectio figurarum
qua minor non est ita maximum est omni perfectio
perfectissima/ adeo quod omne imperfectum in ipso est p
fectissimum/ sic infinita linea est spera et curvi
tas est rectitudo/ et compositio simplicitas/ et
diversitas indeperditas/ et alteritas unitas et ita de
reliquis/ quomodo enim posset esse ibi aliquid imperfectum/
ubi imperfectio est infinita perfectio/ et possibilitas
infinita actus/ et ita de reliquis/ Videtur quemad
modum clare in maximum sit ut sphera maxima/ quo
tanquam unicum et omnia in unicuo existentia est
in ipso non est magis totum quam pars/ sic non est maior
sphera/ quam linea infinita deo igitur est unica sim
plicissima rarior tanquam mundi unicus/ et sic post